

hoc ut nos efficiamur unigeniti filii sui.  
**E**t isti possunt se accipere illud **Rom. viii.**  
 Quos pater et predestinavit conformes  
 fieri imaginis filii sui. **H**ec hoc dictum  
 totum est erroneum. **I**mpossibile enim est  
 nos fieri filium dei unigenitum et naturalem  
 sed efficiamur filii adoptivi per gratiam ut ostensum  
 est supra in sermone. **Q**uia autem estis filii et  
 Et sic intelligitur ubi ille apostolus. Nos enim con-  
 formes efficiamur imaginis filii dei secundum  
 aliqualem similitudinem non totalem. **S**imili-  
 tudo enim per imitationem non est perfecta sed  
 deficiens ut dicit **Isai. lvi.** **I**deo ad hoc de-  
 signanter similitudo non ponitur in recto i vi-  
 sione eorum ut dicantur aialia esse homi-  
 nium sed ponitur in obliquo et casuali i-  
 directe quia dicitur quod similitudo hominis erat  
 in eis apostolus etiam non dicit nos conformes  
 fieri filii sed imaginis filii. **E**fficiamur ergo  
 conformes imaginis christi non per veritatem  
 talem transmutationem nec per meritum adequa-  
 tionem sed per adoptionem et imitationem  
 ut dictum est. **E**t ad hoc designandum apostolus  
 postquam dixerat nos conformes fieri imaginis  
 filii subiicit. **I**ta enim ut ipse primogenitus i  
 multis fratribus. quod autem nullus homo quod  
 tuncque in perfectione proficiat potest perfe-  
 cte attingere similitudinem christi. **E**t hoc est quod  
 christus plenitudinem gratie habet ex unico-  
 ne ad verbum. **E**t qua parte habuit perfe-  
 ctionem infinitam per quod una persona erat  
 dignitatis et perfectionis infinite. **H**ec ex  
 alio gratia christi dicitur infinita quia habuit i  
 se gratiam secundum omnem plenitudinem et perfe-  
 ctionem ad quam se gratia extendere potest  
 licet tamen ipsa gratia sit finita secundum essentiam.  
**D**icitur **1. Cor. xii.** Sed dices si nullus potest attingere  
 gradum gratie christi ergo est dare statum in  
 perfectum spiritualem perfectum cum gratia christi secundum  
 essentiam sit finita ut dictum est. **C**um au-  
 tem finitum attingit tandem per continuum  
 incrementum alterius. **S**ed finitum est in perfectum  
 spiritualem esse statum ut patet de spiritu libertatis  
 sermone iii. ergo. **D**icendum quod non est dare  
 statum nec tamen gratia christi potest at-  
 tingi per quodcumque incrementum. **C**uius ratio est  
 quando aliqua perfectio est in uno ad modum  
 universalis cause et principii influentis in  
 aliis autem per modum particularem recipientis  
 per quodcumque incrementum potest adequare per-  
 fectionem universalem influentis. **E**xem-  
 plum de sole. **O**mnia enim lux repta in infe-  
 rioribus non adequat lucem solis a qua lux i  
 ista inferiora derivatur. **S**ed perfectio gratie  
 fuit in christo ad modum universalis cause  
 se et principii gratificantis. **I**deo nec om-  
 nis perfectio gratuita omnium hominum potest

adequare perfectionem gratie ipsius christi. **C**uius  
 causam assignat augustinus ad dardanum dicens quod  
 gratia fuit in christo sicut sensus in capite.  
**I**n aliis autem hominibus sicut in membris.  
**E**t ideo sicut in aliis membris corporis est so-  
 lum unus sensus scilicet tactus in capite  
 aut omnes sensus. **I**ta in aliis sanctus gra-  
 tia est tantum secundum aliquem modum limitate per-  
 fectionis. **I**n christo autem fuit secundum omnem  
 modum sue plenitudinis. **E**t ideo impossibile  
 est quod aliquis ei equipareretur in gratia ne-  
 dum ipsum excedat. **D**el dicendum ad obie-  
 ctionem quod finitum aliquod per continuum au-  
 gmentum possit attingere ad quodcumque fi-  
 nitum veritatem habet si accipiat eadem  
 ratio quantitates et hoc patet in quantitate  
 dimensura. **Q**uodcumque enim linea augetur in  
 longum nunquam pervenit ad latitudinem superficiem  
**E**t similiter patet in quantitate virtuali vel inten-  
 sua quodcumque enim cognitio cognoscit deum  
 per similitudinem proficit nunquam potest adequare  
 cognitioni comprehensivam qui videt deum per  
 essentiam. **E**t sicut caritas viatoris non po-  
 test equari caritati operantis cum tamen utraq-  
 sit finis. **S**icut in proposito quodcumque crescat gra-  
 tia aliter hominis qui gratiam habet secundum  
 aliquam particularem participationem nunquam po-  
 test adequare gratia christi. **T**ercio videtur  
 dum in quibus debeamus similitudinem christi  
 formare. **E**t dicitur quod omnia potest reduci ad  
 tria que accipiuntur secundum tria bona que habemus  
 res exteriores corpus et animam ut hec omnia  
 relinquamus propter deum. **R**es relinquuntur per  
 voluntariam paupertatem. **H**anc altissime ha-  
 buit christus qui pauperimus fuit quod cognovimus  
 fuit propter duo. **P**rimo quod sicut per eius mor-  
 tem nostram mortem destruxit sic per paupertatem  
 nostram miseriam sanavit et divitias spiritu-  
 ales tribuit secundum apostolum. **C**orum unigeniti  
 dicitis gratiam domini in hiis christi quoniam propter  
 nos egenus factus est ut illi inopia divites  
 essemus. **S**ecundo ut tanto maior virtus di-  
 vinitatis est condere quanto per paupertatem  
 videbatur abiectionis perfectior ergo christi secta-  
 tor debet relinquere mundum et carnis res  
 temporales et nihilominus terrenorum occupacionem  
 et sollicitudinem penitus postponere. **S**icut pe-  
 trus qui dixit. **E**cce nos relinquimus per car-  
 nis maceracionem et corporalis modum post-  
 ponicionem. **H**oc fecit christus qui in tota vi-  
 ta sua nunquam legitur commotum corporis quivisse.  
**U**nde dicit **Matth. v.** filius hominis non  
 habet ubi caput suum reclinet primo artificissimam